



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 82. Caput XII. De jure Patronatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

*creti Prælati contradictione.* Porro ex Sæcul. XVI. A.C. 1551.  
 illis verbis, quæ Synodus de Canonicis Regularibus loquens in hujus capituli fine adjecit, coniiiciunt nonnulli juris Canonici Doctores, quod hi nullum beneficium sæculare absque dispensatione possidere valeant, ac proin per concordatum fuerit abrogata Innocentii III. Constitutio, quæ incipit, *quod Dei timorem*, vi cujus Parochias possidendi jus obtinuerunt, alii ex aduerso propugnant, quod Canonici Regulares ex jure Communi ejusmodi beneficia possidendi jure gaudeant, nec ulla dispensatione indigeant.

§. LXXXII.

C A P U T XII.

*De jure Patronatus.*

„Nemo etiam, cujusvis dignitatis  
 „ Ecclesiasticæ, vel sæcularis, quacunque ratione, nisi Ecclesiam, beneficium, aut capellam de novo fundaverit, & extruxerit; seu jam erectam, quæ tamen sine sufficiente dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotaverit; jus patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat: in casu autem fundationis, aut dotationis hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori, reservetur.

LXXXIII.